



wk

An 8

# ACCLAMATIONES VOTIVÆ

Saluti & Honoribus

V I R I

*NOBILISSIMI, ANPLISSIMI & CONSULTISSIMI  
DOMINI,*

# DN. GODOFREDI MEUSELII.

Viri Consularis, & Nosocomii Anti-

stitis spectatissimi,

Cum

Novum annorum sospes ingredetur,

## Consulares fasces quartum fusci peret,

Pingvi quidem Minerva  
sed pio tamen animo

Ipsis Calendis Januariis MDCCIX.

Lucavia dicata,

à  
CLIENTE OBSEQVIOSISSIMO

FILIIS ETERNA PIETATIS & AMORI  
lege obstrictissimis.



TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACHARIE HEMPI.



**A**Usoniis veteres posuerunt æra Calendis,  
 Credita quævis iterum solvere cura fuit.  
 Qvod felix igitur, JANÆ venere CALENDE  
 Officiæ potero dememinisse mei?  
 Nam benefacta meis meritis indebita dudum  
 Largiris plenâ, MAGNE PATRONE, manu.  
 Tu mihi. Sed præstat veneratæ ista tacentem,  
 Qvam pro materia concelebrare parum,  
 Ecqvid ob æratus faciam pietate petente?  
 Num male perficitâ debita fronte negem?  
 Haud eqvidem. Fateor: sed cum non solvere detur  
 Sponsorem meriti sisto citoqve DEUM.  
 Hic reddet: redditqve hodie, ne præmia spernas,  
 Dum nova qvippe novi tempora honoris eunt.  
 Prisca superstitio lucem, qva vertitur annus,  
 Qvondam Junoni jussiferat esse sacram.  
 Præses honoris ea est. Antiquo more SENATUS  
 Committit FASCES anno incunte TIBI.  
 Hunc pietas & forte etiam sapientia major  
 Doctrinæqve usus commeruere gradum.  
 Ista dies anni Romæ redeuntis origo  
 Læta fuit cunctis, nec sine lice tam  
 Certat & hic pietas grata cum mente fideqve  
 Tam sibi dilectum tollere ad astra VIRUM.  
 Hâce die ecclidit, læto per compita plausu,  
 Non tegni Laribus viçtima multa manu:  
 Ipse sacriss operatus ego, fumantibus aris  
 Placabo casti thuris honore DEUM:  
 Ne detrimentum capiat res publica, priva,  
 Et tua MEUSELIO CONSULE, JOVÆ cave,  
 Duc oculis SUPREME tuis PATER Urbis ocellum  
 Da vegetas vires incolumemqve domum.

U

**Ut** qvæ nunc istis Tibi nuncupo vota Calendis,  
Post annum compos solvere rite qvæam.

**George Voigt / Folbern. Misn.**  
**S. S. Theol. Stud.**

**S**Alve lœta dies, CARO sacrata PARENTI  
Qvæ non esse mihi gratior ulla potest!  
Qvæ, curtus reparante luos & lumina Sole  
Auspicio fausto jam novus annus adest.  
Qvæque PATREM qvarum (sic fas & ordo jubeant)  
Consulis ex merito rite tuerit honos.  
Certe qvod magno sol est prælucidus orbi  
Hocce magistratus præstat in urbe probus.  
Is claros partem radios dispergit in omnem,  
Atqve diem qvæsi dux perpetue luce regit,  
Molleſcunt ceræ, limus duratur ab illo;  
Post nubes hilarat, fæpe calore premit,  
Sed nec continuum stadium ſibi conficit ipfe,  
Qvin hominis conftans itqve reditqve bono;  
Curia promeritos ſic cui demandat honores,  
Exemplo cunctis conficiendus adest.  
Provida mens populi caute moderatur habendas,  
Et clavum pietas religioqve tenet.  
Justitiam virtus, ſimil & petulantia fentit,  
Et favor illam & laus, hanc ſua poena manet.  
Interea grandes dat ſplendida curia curas,  
Dumqve aliis ſervit lux petit ipfa ſibi.  
Ne moveare tamen, GENITOR CARISSIME, curis,  
Qvo minus accipias hoc animolus onus.  
Qui Soli tenus hac ignes lumenqve ministrat,  
Ille TIBI vires, VIR VENERANDE, dabit.  
Ut vertente TIBI, nobis & civibus anno  
De ſummis grater, Numine dante, bonis.  
Salve lœta dies, Iancus Te JOVA coronet.  
Pax comitetur abhinc, perpetuqve ſalus.

**FRIDERICUS CHRISTIANUS MEUSELIUS,**  
**B. A. C.**

**F**as Dir diß ſchlechte Blat / Herr Fater / wohl ge-  
fallen/  
Auf welchem Kindes-Treu und Unſchuld Atlas liegt.  
Der

Der Schwan ist noch zu jung/drum kan er nichts als lassen/  
Bis Wissen und Verstand gestärkte Flügel kriegt.  
Es heiss der heutge Tag mich auf was Liebes dencken/  
So fordert es die Pflicht und auch das Kindes Recht:  
Tedoich ich kan nichts mehr als nur das Herze schenken/  
Ist doch dem Himmel selbst die Gabe nicht zu schlecht.  
Ich weiss/dass ich nechst Gott nur Deiner Vater,Liebe  
Vom ersten Augenblick das meiste schuldig bin/  
Drum geb ich wiederum aus umgefalschtem Triebe  
So viel mir möglich ist/ ja vor mir selber hin.  
Lass mich/ Hochwerthesther/ bey Deiner Freude freuen/  
Die ein verpflichtes Kind vor seine Freude schäkt/  
Da das verjüngte Jahr Dein Wohlseyn will verneuen/  
Da Dich Verdienst und Recht zum Haupt der Bürger  
ger sezt.  
Von meinem Herzen soll ein treues Büntschēn zeigen/  
Denn ob die Worte gleich von schwachen Lippen gehn/  
Gnug dass die Geuscher doch durch alle Himmel steigen/  
Und Kinder bitten auch nicht unerhdret stehn:  
Gott las das Vater-Herz in lauter Seegen grünen/  
Wie Cedern/Libanon/wie Palmen umb den Fluss/  
Las auch was wiedrig scheint zu Trost und besten dienen/  
Das Feind und Misgungst selbst sein Glücke rühmen muss.  
Geus Gnad und Huld auf die/ so ich als Mutter ehre/  
Las des Geschwisters Heil und Wohl befestigt seyn/  
Schütz unser ganzes Haus. Erhöre GOTZ / erhöre/  
So trifft der Ausgang wohl mit meinem Büntschēn  
ein.

Gottfried August Neusel.



19. Jan. 1996


7814395



TA>OC

k018  
V017





# ACCLAMATIONES VOTIVÆ

Saluti & H

V I

NOBILISSIMI, ANPLISSI

D G M

# D N. GOD M E U S

Viri Consularis, &  
stitis Spec

Novum annorum

Consulares fa

fuscip

Pingvi quid  
fed pio ta

Ipsis Calendis Jan  
Lucca

CLIENTE OB

FILIIS AETERNA P  
lege obf

ANNO DNI MDCCLXVII

T O

Typis JOHANN.

